

# Franckesche Stiftungen zu Halle

## Hugonis Grotii De Jure Belli ac Pacis Libri Tres

Grotius, Hugo

Jenae, 1680

Prolegomena.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-188571](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-188571)



†† L. 2. c. Nihil enim frequentius, quam opposita inter se, jus & arma. †† Nam &

22. §. 3. n. Ennius dixit: †††

1. seq.

*Non ex jure manus consertum, sed magis ferro*

††† Gell.

*Rem repetunt.*

N. Att. L. Et Horatius ferociam Achillis sic describit:

20. c. 10.

*Jura negat sibi nata, nihil non arrogat armis.*

& alius alium, cum bellum ordiretur, sic loquentem inducit:

*Hic pacem temerataque jura relinquo.*

(b) *Erasm.* Antigonus senex irrisit hominem, qui sibi urbes alienas oppugnanti com-  
Lib. 4. A mentarium de justitia adferebat. Et Marius negabat præ armorum strepi-  
pophi. tu leges \* à se (b) posse exaudiri. Ipse ille oris tam verecundi Pompeji,

(c) *Confer.* ausus est dicere: \* *Armatas leges (c) ut cogitem?*

Proleg. §.

24.

\* \* \*

Apud Thucydidem) Verba sunt lib. VI. Ἄνδρες ἢ πρῶτον ἢ τίλους δεχλω  
ἐξέση εἰδὲν ἀλογον ὃ, π. ξυμφέρον. Idem sensus libro V. ubi Athenienses  
præpotentes eo tempore, sic Melios alloquuntur: ὅτι δίκαια μὲν ἐν αἰθρω-  
πέσῃ λόγῳ δὲ τῆ ἴσης εὐαγυνης κρίνεται. δυνατὰ ἢ οἱ δυνατοὶ πράσσουσιν, καὶ  
οἱ ἀδυνεῖς συγχωρεῖσιν: *Justa humane rationi ea censeari, que par necessitas  
inducit: Ceterum, que fieri possunt, ea fieri à validioribus, ab infirmioribus  
tolerari.*

(A se posse exaudiri) Apud Plutarchum Lyfander machæram osten-  
dens: ὁ παύσης κρατῶν βέλτεται πρὸ γῆς ὄρων ἀλάγετα. Hanc qui ha-  
bet, is optime de terrarum finibus disputat. Apud eundem Cæsar: ἔ τ' ἀ-  
πὲν ὄπλων καὶ νόμον κρατὲν εἶναι: *Non idem esse tempus armorum, quod le-  
gum.* Seneca quarto de beneficiis capite XXXIIX. Multa interim reges,  
in bello præsertim, operis oculis donant, non sufficit homo justus unus tot armatis  
cupiditatibus: non potest quisquam eodem tempore & bonum virum & bo-  
num ducem agere.

(Armatas leges ut cogitem?) Plutarchus hanc sententiam Pompeji ad  
Mamertinos sic enuntiat: ἔ πάνσοφες ἡμῖν ἐπεὶ ἔσωσμεν ἑξίφη νόμους αἰα-  
ζανώσκοιτες, *Non desinctis nobis hominibus gladiis accinctis leges recitare.*  
Curtius libr. IX. Adeo etiam natura jura bellum in contrarium vertit.

†††

(A se posse exaudiri) Verba hæc Autoris illustrabit locus *Aberic. Gentil. de*  
J. B. Lib. 1. cap. 1. pag. 5. seq. Si adeò latet, inquit Ille, Jus Gentium bellicum non  
ipsum cernent hebetes: improbi negabunt tanto facilius, armati hostes eò promptius,  
quod armorum (ut ille ajebat apud *Val. lib. 5. c. 2. Plut. Apoph. Reg.*) strepitus, audiri  
leges



















INSTRUMENT

Faint, illegible text, likely a historical document or contract, written in a cursive script. The text is mostly obscured by fading and bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten notes in the left margin, including the number '12' and the word 'Hort'.

quod mutuis iuramur officiis? hoc uno instructior vita, contraque incurfione  
 subita munitionis est, beneficiorum commercio. Fac nos singulos, quid sumus?  
 preda animalium & viclime ac vilissimus & facillimus sanguis: quoniam ce-  
 teris animalibus in tutelam sui satis virium est. Quaecunque vaga nascun-  
 tur, & actura vitam segregem, armata sunt: hominem imbecillitas cingit:  
 non unquam vis, non dentium, terribilem ceteris faceret, rationem & societatem, itaque  
 lum, obnoxium ceteris, validissimum facerent, rationem & societatem, itaque  
 qui par esse nulli posset, si didiceretur rerum potitur. Societas illi dominium  
 omnium animalium dedit: Societas terris gentium in aliena natura transmisit  
 imperium, & dominari etiam in mari iussit. Hec morborum impetus arcuit,  
 senectuti admicula prospexit, sobatia contra dolores dedit: hac fortes nos fa-  
 cis, quod licet contra fortunam advocare. Hanc tolle, & unitatem generis  
 humani, qua vita suscinetur, scindes. Tollitur autem, si efficies, ut ingratus ani-  
 mus non per se vitandus sit.

Quo pertinent alieni abstinentia) Porphyrius de non esu animantium  
 tertio: ἢ ἡ διαγορευὴ ἐν τῷ ἀφεικῶ καὶ ἀελαθεὶ κείτας παντὸς ὄπεν ἢ  
 μὴ ἐλατῆσται. Iustitia in eo sita est, ut abstinetur alienis, neque nocetur  
 non nocentibus.

+++

Fons est) Rectè Grotium societatis custodiam, sive appetitum societatis ordina-  
 te instructæ naturalem, juris naturalis originem, fontem, principium fecisse, seu ma-  
 vis, hoc juri naturali fundamentum substravisse, asserimus cum *Dn. Baeler. h. l. p. 57.*  
 Nam sicut ad talem societatem Deus homines condidit, natura instruxit, ratio deduxit,  
 oratio copulavit: ita si fingeretur status hominum extra societatem, ille nec humanus  
 esset, nec naturalis, & sic omnis coaguli, ut omnis juris expers. Recedit hic quidem à  
 mente Grotii *Robert. Scharrack de Offic. cap. 2. de Leg. Natur. n. 10. p. m. 119.*  
 ubi appetitus, inaudit, societatis nequit esse fons dictarum notionum (juris naturæ) ne-  
 que hujus desiderii impletio finis judiciorum rectè conformatorum de nemine lædendo, si-  
 de servanda, gratiis referendis & similibus. Dictamina enim actiones juxta præceptum  
 efficiendas universaliter indicant, satis fieri autem huic appetitui possit, etiamsi unam so-  
 lummodò regionem aut *Remp.* benè à te factis tibi demerueris. Pirata & conjurati la-  
 trones suas sibi habent societates, inter quas possunt magnanimitè à se gesta enarrare quo-  
 tidie facinora: & proinde isti satisfaciunt cupidini: dictaminibus autem & judiciis de ho-  
 nesto non satisfaciunt; quod quidem liquidissimum videtur argumentum, non ad hunc  
 solum finem formari in nobis hæc judicia. Posito enim fine, nihil ultra requiritur in me-  
 diis, quæ ad finem ordinantur. Sed huic respondemus, Grotium occupatum esse in eo  
 ut ostendat ingenitum nobis appetitum honestæ societatis; qui in abstracto universalis-  
 simè sese extendit ad omnes homines, licet eidem postmodum in concreto satisfieri possit  
 si tantum cum unâ familiâ aut cum unâ gente & populo Tibi societas fuerit. Exemplum  
 latronum societatem vitiosam appetentium huc non quadrat, nec de eodem sub honesta  
 appetitus naturalis societatis tractatione hic sollicitus est Grotius,

*Repl. h. 7.*













proinde appetitus ille societatis humanæ præcisè Dei existentiam (quod sine scelere fieri nequit) non præsupponens, tunc essentialiter sui saltem generis conservationi studeat, & quæcunque deinde ad dissolvendam seu corrumpendam humanam societatem faciunt, hoc conceptu vocabuli injusta sint, *Dn. Hennig. in not. h. l. p. m. 16.* Pro ἀδίκη quidam hoc reputant cum *Selden. de I. & I. secund. Disciplin. Hebr. l. i. c. 7.* sustulti sequenti argumento: quo remoto abest imperium atque obligatio legis naturalis, ibi vis atque effectus quoque omnino deest. Atqui Deo remoto abest imperium atque obligatio juris naturalis. E. remoto Deo vis atque effectus juris naturæ omnino deest. Nos negamus minorem propositionem: quum aliud sit juris naturalis obligatio & imperium; aliud hujus obligationis & imperii executio. Posterius abesset remoto Deo, non prius; quia cujuslibet conscientia distaret, hoc rectum vel iniquum esse, licet à formidine poenæ & executione divinâ anxietatem quandam non perciperet. Interim nondum sequitur, cessat legis executio; E, lex quoque ipsa: quia impunitas turpis facti factum ipsum propterea licitum non facit.

11. Et hæc jam alia juris origo est, præter illam naturalem, veniens scilicet \* ex libera Dei voluntate, † cui nos subjici debere intellectus ipse noster nobis irrefragabilis dicitur. Sed & illud ipsum, de quo egimus, naturale jus, sive illud sociale, sive quod laxius (b) ita dicitur, quanquam ex principiis homini internis prosuit, \* Deo tamen ascribi merito potest, quia, ut talia principia in nobis existerent, ipse voluit: quo sensu Chrysippus & Stoici dicebant, juris originem non aliunde petendam quam ab ipso Jove, \* à quo Jovis nomine jus Latinis dictum probabiliter dici potest.

† L. l. c. l.  
p. 15  
(b) Proleg.  
p. 9.  
Ziegler p. 9.

\* \* \*

Ex libera Dei voluntate) Inde M. Antonio iudice libro IX. ὁ ἀδικῶν ἀσεβῆι: qui injuste agit, impius est.

Deo tamen ascribi merito potest) Chrysostomus I. ad Corinthios XI, 3. ὅταν ἢ εἶπω τὴν Φύσιν, θεὸν λέγω. ὁ γὰρ τὴν Φύσιν δημιουργήσας αὐτὸς θεῖν. Cum naturam dico, Deum dico, ipse enim est natura opifex. Chrysippus III. de Diis: εἰ γὰρ θεῖν ἐστὶν τῆς δικαιοσύνης ἀλλὰ δεχθὴν εἰ δὲ ἀλλὰ ψῆσαι, ἢ τὴν ἐκ τοῦ Διὸς καὶ τὴν ἐκ τῆς κοινῆς φύσεως. ἐντεῦθεν γὰρ δεῖ πᾶν τὸ τοιαῦτον τὴν δεχθὴν ἔχειν, εἰ μέλλομεν τι εἶρεν περὶ ἀγαθῶν ἢ κακῶν. Non potest inveniri principium aliud aut origo justitiæ, quam ab Jove & communi natura, inde enim initium duci debet, ubi de bonis malisque differendum est.

A quo Jovis nomine jus Latinis dictum) Nisi forte verius per abscissionem, ut ex eo, quod fuit osium, factum est os, ita ex eo, quod fuerat jussum, factum jus, jussis, postea juris, ut ex Papisiis Papirii, de quo vide Ciceronem lib. IX, epist. 21.









re debeat; ita nec stultus est populus, qui non tanti facit suas <sup>†</sup> utilitates, ut propterea communia populorum jura negligat: par enim in utroque est ratio: nam \* sicut civis, qui jus civile perumpit utilitatis presentis causa, id convellit, quo ipse posteritatisque suae perpetuae utilitates continentur; sic & populus, jura naturae gentiumque violans, sua quoque tranquillitatis impofterum rescindit munimenta. Tum vero, etiamsi ex juris observatione nulla spectaretur utilitas, sapientia, non stultitia, esset, eo ferri, ad quod a natura nostra nos duci sentimus.

\* \* \*

Sicut civis, qui jus civile perumpit) Hac ipsa similitudine apposite utitur lib. IX, M. Antonius: ἡπὶς εἶναι ἀνπερῆζις σε μὴ ἐχῆ τὴν ἀναφορὰν εἶτε πρὸς εὐχῶς εἶτε πρὸς ὄψιν τῆν τὸ κοινωνικὸν τέλει, αὐτὴν Διαισῶα ἔβιον καὶ σὰκ εἶναι εἶναι καὶ εὐδιώδης εἶναι ὡς πρὸς ἐν δῆμῳ ὁ τὸ καθ' αὐτὸν μέγῃ διζυῖνδρῳ. Quaecumq; tua actio respectum non habebit, si ve cominus sive e minus, ad propositum communitatis, ea vitam diducit, nec unam esse patitur, seditiosaque non minus est, quam is, qui in populo partem seorsim facit. Et libro XI. ἀνδρωπῶ ἐνὸς ἀνδρῶπε δροχιμῶεις ἔ διωταται μὴ καὶ ἔλα Φύλα δροκειδῶθαι: Homo ab uno abscissus homine, non potest non ab universo genere abscissus haberi; Nimirum, ut eidem Antonio dictum est, quod examini expedit, idem apud

19. Quare nec illud,

Jura inventa metu injusti, fateare necesse est:

quod apud Platonem quidam ita expijcat, metu accipiendae injuriae repertas leges: ac vi quadam homines ad iustitiam colendam adigi, universaliter verum est: id enim ad ea duntaxat instituta ac leges pertinet, quae ad faciliorem juris executionem reperta sunt; sicut multi per se infirmi, ne a validioribus opprimerentur, conspirarunt ad intumenda ac communibus viribus tuenda iudicia, ut quibus singuli pares non erant, his universi praevalerent. Et hoc demum sensu commode accipi potest, quod dicitur, jus esse id, quod validiori placuit; ut intelligamus, sine suo externo carere jus, nisi vires ministras habeat: sicut Solon res confecit maximas, ut ipse praedicabat:

ὄυς εἴλω τε καὶ ἴνλω συναρῶδους.

Vim jusque parilis copulans vinculi jugo.

\* \* \*

Vim jusq; parilis copulans vinculi jugo) Ovidius:

Valet causa, causamque tuentibus armis.

† L. l. c. IV.  
S. IV. n. 2.

Cor. v. 16

† L. l. c. V. b.

† L. l. c. 3.  
S. 2. n. 1. c.  
4. S. 7. n. 3.

Giegl. p. 17.

Quae natura liber tantum  
sed etiam, qui jura totius  
jura n. non infra  
in quis potest.

§ 19. a) an meta accipienda injuria sint  
negatae leges? non compluitur hoc esse  
maxime non negandum, omnino verum.  
a. dantur causa interna et externa pati  
interna fore daturum legem est imperi.  
mitas enim daturum meta nihil;  
causa externa est nec accipienda in  
ma i. d. met. sub car. i. c. p. i. d. i. d.  
a quo daturum est et ab aqua si  
sub non daturum est et ab aqua si  
non quodam legem in nihil.

§ 19. b) Hoc univ. daturum verum non est.  
a. d. vel daturum est vel coactiva  
illi daturum in quodam et just. hanc  
coligam ad daturum qui negantur.  
et daturum qui vobis obsequentes sunt  
in illos non adhibetis ois coactiva  
In. daturum si leges ubi daturum.  
daturum in daturum daturum.  
§ 14. a. 2. 2. 2. c. 2. o. 6. n. 4. 2  
1. c. 3. d. 12. n. 1.



20. Neque tamen, quamvis à vi destitutum, jus omni caret effectu: nam iustitia securitatem affert conscientie, † in iustitia tormenta ac laniatus, quales in tyrannorum peccatis describit † Plato: iustitiam probat, iniustitiam damnat proborum consensus: quod vero maximum est, hæc Deum inimicum, illa faventem habet, qui iudicia sua ita post hanc vitam referat, ut sæpe eorum vim etiam in hac vita representet; quod multis exemplis historia docent. *proleg. §. 29.*

21. Quod vero multi, quam à civibus exigunt iustitiam, eam in Populo aut Populi Rectore insuper habeant, eius erroris causa est, primum, quod in iure nihil spectant, nisi utilitatem, quæ ex iure oritur, quæ evidens est in civibus, qui singuli ad sui tutelam invalidi sunt: at magnæ civitates, cum omnia in se complecti videantur, quæ ad vitam referendam sunt necessaria, opus habere non videntur ea virtute, quæ fors spectat, & iustitia appellatur.

22. Sed, ut ne repetam, quod † dixi, jus non solum utilitatis causa comparatum; nulla est tam valida civitas, quæ non aliquando aliorum, extra se, opus indigere possit, vel ad commercia, vel etiam ad arcendas multarum externarum gentium iunctas inter se vires; unde etiam à potentissimis Populis & Regibus fœdera appeti videmus, quorum vis omnis tollitur ab his, qui jus intra civitatis fines concludunt. Verisimimum illud, omnia incerta esse, simul à iure recessum est.

23. Si nulla est communitas, quæ sine iure conservari possit, \* quod memorabili latronum exemplo probabat Aristoteles, certe & illa, quæ genus humanum aut populos complures inter se colligat, iure indiget: quod ille vidit, qui dixit, fœda ne patriæ quidem causa facienda esse. \* Graviter eos accusat Aristoteles, qui, cum inter se neminem velint imperare, nisi qui jus habeat, in externos, quid jus, quid iniustum sit, nihil curant.

*Quod memorabili latronum exemplo probat Aristoteles) Chrysofomus in caput IV. ad Ephesios: πώς ἐν ληστῶν εἰσέλθεις, Φησὶ πότῃ; ἐπὶ μοι πάντως ὅταν εἰ ληστῶν τρέπω χρήσω, ἀλλ' ἂν ἐν ἀποσῆς ὅς ἀν' ἀγέμων, μὴ τὸ νόμος φυλάξωσι ἵδὲ τὸ δικαίον καὶ ἐκάστῳ δόνειμωσι τὸ δικαίον, ἀρεταίαι ἀν' ἀκείνους ἐν πολέμοις καὶ μάχαις. At qui fit ergo, dicit aliquis, ut in pace vivant latrones. Quando vero? dic quæso. Nempe cum non ut latrones agunt, nam si in dividendis rebus præscripta iustitia non servent, neque partitionem ex æquo faciunt, videbis & ipsos inter se bellis ac*

(X)(X) 2

pro-

† Proleg.

S. XI. L. 10. J. 1. 6.

c. 1. S. 10. n. 5. 6. 14.

1. S. 16. n. 6. (Sieg. p. 13.)

† Lib. 9.

de Rep.

add. Tacit.

Lib. 6. An-

nal. cap. 6.

L. 1. c. 1. S. 14. n. 1. 2.

c. 5. S. 9. n. 1. L. 2. c. 5.

S. 73.

† Proleg.

S. 190.

Sieg. p. 14.

L. 3. c. 3. §. 2.

Cic. Off. 2.

*prælius implicari.* Plutarchus, cum Pyrrhi recitasset dictum, regnum se ei liberum suorum delinquere, cui acutissimus futurus esset gladius, dicit, hoc nihil aliud esse, quam quod in Phœnissis posuit Euripides:

Θνητῶ σιδήρῳ δῶμα Μελαχέειν πέδω.

*Ubi sanguinante dividant ferro domum.*

additque acclamationem egregiam: ἕτως ἀμικτός ὄσσι καὶ Ἰηριώδης ἢ τῆς πλεονεξίας ἰσότητος. Adeo insociabile serinumque est propositum plus suo habendi. Cicero epist. XI. 16. omnia sunt incerta, cum a jure discessum est. Polybius IV. καὶ γὰρ καὶ ἰδίῳ τῶν ῥαδιερῶν ἢ κλεπτῶν Φῶλον τῶν μάλιστα τῶν τετραπῶ σφάλλεται, τῶν μὴ ποιεῖν ἀλλήλοις τὰ δίκαια, καὶ συλλήθῃ δὲ τὰς εἰς αὐτὰς ἀφισίας. Nam et privata coitiones facinorosorum ac furum hoc maxime modo everti solent, ubi inter se jus præstant, et in summa, ubi fides inter ipsos perit.

†††

*Latronum exemplo*) Conferri potest notabilis historia Piratæ Compani ex Hollandiâ Septentrionali oriundi apud Oldenburg. Thesaur. Rer. Publ. part. 3. in Excerpt. de Sept. Fœderat. Belg. Proviuc. S. 129. n. 7. pag. 777.

*Graviter eos accusat Aristoteles*) Et Plutarchus Agesilao: Λακεδæμονοὶ ἴην πρώτῳ ἔ καλῶ μερίδα τῶν ἰσότητος συμφέροντι διδόντες, ἕτε μανθάνουσι, ἕτε ἴπρισταται δίκαιον ἄλλο, πλὴν ὅ ἴην Σπάρτῳ αὐξάνουσι νομίξουσι: Lacedæmonii primam honesti partem ponentes in patriæ suæ utilitate, jus aliud nec norunt, nec discunt, quam unde Spartam putent posse augeri. de iisdem Lacedæmoniis Athenienses apud Thucydidem libro V. πρὸς σφῶν μὲν αὐτὰς καὶ ἑὶ ἴπρισταται νόμιμα πλείῃσι δεξιῇ χράνῃσι. πρὸς ἡ ἑὶ ἄλλους πολλαὶ αὐτὸς ἔχων εἰπεῖν ὡς προσφέρονται, μάλιστα αὐτὸς διδώσειεν, ὅτι τὰ μὴ νόεα καλὰ νομίξουσι, τὰ ἡ συμφέρονται δίκαια. Quod ipsos inter se et civilia jura attinet, plurimum virtute utuntur; Quales vero sint adversus alios, multa adferri possint eo pertinentia, breviter autem rem exposuerit, qui dixerit, eis honesta videri, quæ suavia sunt, justa quæ utilia.

† Proleg.  
S. 3.

24. Is ipse, quem nominavimus modò in partem alteram † Pompejus, quod Spartanus quidam Rex dixerat, beatissimam esse Rempublicam, cujus fines hasta & gladio terminarentur, correxit, dicens, eam vere beatam esse, quæ justitiam pro finibus haberet: quam ad rem alterius itidem Spartani regis uti potuit auctoritate, \* qui militari fortitudine justitiam anteposuit, hoc argumento, quod fortitudo justitia quada. n re-

gi



D. 24. a. 1) fortitudo bellicia s. licet  
urbis. Itaque, tamen sunt virtutes  
quae in modis imperfectionis bellicae  
abesse, etiam illa. Abesse, ut  
etiam in aliorum virtutum non  
sunt (2) bellum, incipit ubi iustitia  
desinit ergo si omnes iustitiam  
consequantur bello. 3) si omnes iustitiam  
consequantur reliquias iustitiam virtutes  
non ergo esse bello. vide plumbi 1.  
2. v. 24. C. 14. 2. 2. lit. a.

gi deberet: at si iusti essent homines omnes, fortitudine illa non indigerent. Ipsam fortitudinem Stoici definiebant virtutem propugnantem pro æquitate. Themistius oratione ad Valentem facunde disserit, reges, quales exigit sapientie regula, non unius sibi creditæ gentis habere rationem, sed totius humani generis: & esse, ut ipse loquitur, non Φιλομακέδονα, tantum aut Φιλομακείας, \* sed Φιλανθρωπίου. \* Minois invifum apud posteros nomen non aliud fecit, quam quod æquitatem imperii sui finibus terminaret.

Cap. 3. 4.

\*\*\*  
 Qui militari fortitudini iustitiam anteposuit ) Agefilus, cum Persarum regem magnum audiret appellari, quomodo, inquit, major me est: nisi sit iustior? Et hoc apud Plutarchum.

Sed Φιλανθρωπίου ) Optime M. Antonius: πῶς καὶ πατέρις ὡς μὲν Ἰταλῶν μοι ἢ Ρώμῃ, ὡς ἢ αἰθερώπων ὁ κόσμος. civitas & patria mihi ut Antonino Roma, ut homini mundus. Porphyrius de non est animantium III. ὁ λόγος ἀγρότερος καὶ πρὸς πᾶσι τῆς ἀβλαβείας, καὶ ἐν μάλιστα πρὸς ζῆνας καὶ πρὸς πάντας αἰθερώπων, ὁ τὴν ἀλογίαν ἔχων ἰσχυρὸν καὶ ἀπὸ πᾶσιν ἐκείνους λογικώτερος, ἀλλὰ τὸ πᾶν ἢ καὶ θεϊότερος: Qui ratione ducitur, innocentiam in civem servat, imo & in peregrinos & homines quosvis, quanto ratione prestans tanto divinior. vid. not. ad L. 1. c. 1. §. 3. num. 1.

Minois) de quo versus est veteris poetæ:

καὶ νήσων δείρασι βαρμὸς ζυγὸν ἔμβαλε Μίνωϊ,  
 Insula cuncta iugo Minois pressa gemebat.

vide hac de re Cyrillum adversus Julianum libro VI.

25. Tantum vero abest, ut admittendum sit, quod quidam fingunt, in bello omnia jura cessare, ut nec suscipi bellum debeat, nisi ad juris consecutionem, nec susceptum geri, nisi intra juris ac fidei modum. Bene Demosthenes, bellum esse in eos dixit, qui iudicii coerceri nequeunt. Iudicia enim vigent adversus eos, qui invalidiores se sentiunt aut putant, bella sumuntur: sed nimirum, ut recta sint, non minori religione exercenda, quam iudicia exerceri solent.

L. 1. c. III. §. 2. n. 1. p. 15. c. 2.

26. Sileant ergo leges inter arma, sed civiles illæ & iudicariæ & pacis propriæ non aliæ perpetuæ & omnibus temporibus accommodatæ. Optime enim dictum est a Dione Prusænsi, inter hostes scripta quidem jura, id est civilia, non valere, at\* valere non scripta, id est

ea

L. 3. c. 3. §.  
7. n. 2.  
† L. 2. c. 1.  
§. 1. n. 1.

ea quæ natura dicitur, aut gentium consensus constituit. Docet hoc vetus illa Romanorum formula:  *eas res puro pioquæ duello querendus cenſeo.* Idem veteres Romani, ut Varro notabat, bella tarde & nulla licentia ſuſcipiebant, quod bellum nullum, niſi pium, † putabant geri oportere. Camillus juſte non minus, quam fortiter, bella gerenda dicebat: Africanus, Populum Romanum & ſuſcipere juſte bella & finire: Apud alium legas, *Sunt & belli ſicut & pacis jura.* Alius Fabricium miratur ingentem virum, & quod difficillimum eſt, in bello innocentem, & qui aliquid eſſe crederet & in hoſtem neſas.

\* \* \*

*Valere non ſcripta*) Ideo Alſonſus rex interrogatus, pluſne libris an armis deberet, dixit, ex libris ſe & arma & armorum jura didiciſſe. Plutarchus: *εἰσὶ ἢ καὶ πολέμων ὁμῶς τινὲς νόμοι τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσι, καὶ τὸ νικᾶν ἔχ' ἕτω διακρίων, ὥστε μὴ φθῆναι τὰς ἐν κακῶν καὶ ἀσεβῶν ἔργων χάριτας.* *Sunt apud viros bonos quadam & belli jura, nec ita ſectanda victoria eſt, ut non fugiatur utilitas ex pravīs impiisque actionibus proveniens.*

27. Quantam vim habeat in bellis \* juſtitia conſcientia, paſſim oſtendunt hiftoriarum ſcriptores, qui victoriam ſæpe huic cauſe præcipue aſcribunt: Inde proverbialia illa, frangi & attolli vires in milite à cauſa: raro eum ſoſpitem redire, qui injuſta arma ſumſerit: bona cauſa ſpem ad eſſe comitem; & alia in eum ſenſum. Nec movere quonquam debent proſperus ſuccellus iniquarum molitionum. Satis enim eſt, quod cauſa æquitas ſua quondam eamque magnam habet vim ad agendum, quanquam ea vis, ut in rebus humanis accidit, ſæpe aliarum cauſarum oppoſitu ab effectu impeditur. Etiam ad amicitias conciliandas, quibus, ut ſinguli, ita & populi ad multas res opus habent, multum valet opinio de bello non temere nec injuſte ſuſcepto, pieque geſto. Nemo enim iis ſe facile adjungit, quibus jus, fas, fidem vilia putat.

\* \* \*

*Juſtitia conſcientia*) Bene apud Appianum Pompejus: *ἰαροῦν ἢ καὶ τοῖς πρὸς θεοῖς καὶ ἀντὶ τῶ λογιſμῶ ἔ πολέων καλῶς & δικαίαν ἔχουσι φιλοτιμίαν ὑπὲρ πατρίδος πολιτείας.* *conſidere oportet diis & cauſe belli honeſto juſtoque ſuſcepti ſtudio ad tuendum patriæ ſtatum.* Caſſius apud eundem: *μεγίſτη δὲ ἐλπίς τοῖς πολέμοις δέσσει τὸ δικαίον.* In bellis ſpes optima eſt, *cauſe juſtæ.* Joſephus XV. Antiquæ hiftoriæ: *μεθ' ὧν τὸ εὐκαίρον, μετ' ἐκείνων ὁ θεός.* *Abs quo ſtat jus, ab eo Deus.* multa ſunt apud Procopium in hanc ſen-





sententiam : ut in oratione Belisarii in itinere in Africam, ubi hoc inter cætera : τὸ ἀνδρείον σὺν αὐτῷ νικῶν μὴ μᾶλλον ἢ δικαίως ταπεινῶν. *Victoriam fortitudo datura non est, nisi iustitiam habeat commilitem* : & in altera oratione ante prælium non longe à Carthagine : & in Longobardorum sermone ad Herulos, ubi hæc, sed correctæ à nobis : μαρτυροῦμεν τὸ θεῖον ὡς περὶ τὸ ῥοπῆς καὶ βαρχειά τις τὸ ὄργανον ἡμᾶς πείσῃ τῆ ἀνδρείων ἰσχυρῶς ἀντίξως ἔσαι, αὐτὸν τε εἰκὸς ταῖς πόλεμιν αἰτίας ἡγῶν, ἀμφοτέρωθεν περὶ τὸ πέρους. *Testamur Deum, cuius potentia vel minima particula omnem humanam vim equiparat ; is, ut credibile est, belli causas intuens, dabit debitum utrisque prælii exitum. quod dictum eventus mox admirabilis comprobat.* Sic & apud eundem scriptorem ad Gothos Totilas : εἰ γὰρ θεῖον, σὺν ἔστι τὸ ἀδικεῖν καὶ βιαζέμενον ἐν ταῖς ἀγῶσιν ὀδοκιμεῖν, ἀλλὰ ὡς τὸ εἶον ἐκείνη ἢ τὸ πολέμιν περὶ αὐτὸς ταῖς τῆ. *Fieri nequit, nequit, inquam, fieri, ut qui violentia & iniustitia utuntur, decus pugnando pariant, sed prout vita cuique est, ita ei obtingit belli fortuna.* Mox capta jam Roma alteram habet orationem Totilas, pertinentem eodem. Agathias vero libro II. ἀδικία γὰρ καὶ θεῖον ἀπειροπλοσία ὀδοκίμα μὴ αἰετὸ ἀστυφορῶν, μάλιστα δὲ ἐν ταῖς ὡς πολεμῶν καὶ ὡς ἀδικεῖν. *Iniustitia & Dei neglectus vitanda semper & noxia, tum vero maxime, ubi res belli in acie cernitur.* Probat id alibi Darii, Xerxis, & Atheniensium in Sicilia illustribus exemplis. Vide si libet & Crispini orationem ad Aquilejenses apud Herodianum IIX. Apud Thucydidem libro VII. Lacedæmonii clades ad Pylum & alibi acceptas suæ culpæ acceptas ferunt, quod iudicium provocati accipere recusassent. Sed cùm postea Athenienses multis editis improbis facinoribus iudicium defugissent, spes inde meliorum successuum ad Lacedæmonios rediit.

28. Ego cum ob eas, quas jam dixi, rationes compertissimum haberem, esse aliquod inter populos ius commune, quod & ad bella & in bellis valeret, cur de eo instituerem scriptionem, causas habui multas ac graves. Videbam per Christianum orbem vel barbaris gentibus pendendam bellandi licentiam : levibus aut nullis de causis ad arma procurrì, quibus semel sumtis nullam jam divini, nullam humani juris reverentiam, plane quasi uno edicto ad omnia scelera emissio furore.

29. Cujus immanitatis conspectu multi homines minime mali evenerunt, ut Christiano, cuius disciplina in omnibus hominibus diligendis

2. 1. 1. p. 16.  
2. 1. 1. p. 16.

Supra hanc de historia genti... pag. 29.

ti. L. i. c. 2. §. 9. r. 2.  
 † Molin.  
 Siegl. p. de J. & J.  
 17. 0 Tom. I. Tr.  
 Siegl. p. 2. D. 99. n. 3  
 17. F  
 Siegl. p. 18. 9.  
 Siegl. p. 18. X.

dis precipue consistit, \* omnia arma interdicerent : ad quos accedere interdum videntur & Joannes Ferus & Erasmi nostras, † viri pacis & Ecclesiasticae & civilis amantissimi, sed eo, ut arbitror, consilio, quo solemus, quae in unam partem exierunt, in alteram reflectere, ut in verum modum redeant. Verum hic ipse nimium contradicendi conatus saepe adeo non proficit, ut obstit etiam, quia deprehensum facile, quod in his nimium est, etiam aliis digitis intra verum stantibus auctoritatem detrahit. Medicina ergo utrisque adhibenda fuit, tum ne nihil, tum ne omnia crederentur licere.

Omnia arma interdicerent ) \* \* \*  
 Tertullianus de Resurrectione carnis :  
 Gladius bene de bello cruentus & melior homicida.

30. Simul & jurisprudentiam, quam antehac in muneribus publicis, quanta potui integritate exercui, nunc quod mihi indigne e patria tot meis laboribus ornata ejecto possabat, privatæ diligentiae studio adjuvare volui. Artis formam ei imponere multi antehac destinarunt : perfecit nemo : neque vero fieri potest, nisi, quod non satis curatum est hactenus, ea, quae ex constituto veniunt, à naturalibus recte separantur, nam naturalia, cum semper eadem sint, facile possunt in artem colligi : illa autem, quae ex constituto veniunt, cum & mutantur saepe, & alibi alia sint, extra artem posita sunt, ut aliae rerum singularium perceptiones.

Siegl. p. 17. 1  
 Historiam  
 vide apud  
 Grandin.  
 quod vero rap  
 talis non obser  
 nos, nisi & ubi  
 tudine vel abun  
 de ab abundan  
 nam, non. e  
 quia a fuerit  
 uad nquar ordi  
 Haec laus fuit  
 Italiorum doct  
 rane veterum qui  
 praestabant ma  
 de iudicium officio,  
 alias de voluntatum  
 conjectura, alius  
 de factorum  
 faciendi fide, posset  
 deinde ex omnibus  
 partibus collectis  
 corpus  
 confici.

31. Quod si qui verae iustitiae sacerdotes naturalis & perpetuae jurisprudentiae partes tractandas susciperent, semotis iis, quae ex voluntate libera ortum habent, alius quidem de legibus, alius de tributis, alius de iudicium officio, alius de voluntatum conjectura, alius de factorum faciendi fide, posset deinde ex omnibus partibus collectis corpus confici.

32. Nos certe quam viam ineundam censeremus, re ipsa potius, quam verbis ostendimus in hoc opere, quod partem jurisprudentiae longe nobilissimam continet.

33. Primo enim libro praefati de juris origine generalem examinavimus quaestionem, sitne bellum aliquod iustum : deinde ad noscendam publici privatique belli discrimina explicandam habuimus vim ipsam summi imperii, qui eam populi, qui reges solidam, qui ex parte, qui cum alienandi jure, qui aliter habeant : deinde & de subditorum in superiores officio dicendum fuit.



§ 29. a) ut fuerit secum abstinere illo.  
 etiam perentibus apudque fuerit ege.  
 abstinere de qua fortissima ita fortis  
 abstinere in campo iracundus h. e. ab  
 mensura bello lex non esse est ab  
 de humana, acedat q. obligat. etiam  
 magis iure quia thesa. hinc n. legis  
 § 29. b) ut in reposita abstinere con.  
 na. l. 1. § 3. d. 20 et 2 et 1. 20.  
 § 30. a) ut in reposita abstinere con.  
 velle utroque abstinere con. utro  
 quibus ex parte religionis, alar. h. 20.  
 § 30. b) ut in reposita abstinere con.  
 § 30. c) ut in reposita abstinere con.  
 § 30. d) ut in reposita abstinere con.

§ 30. b) paucis de his Groth. annoto occisi in arce Lowenstein. (hi per Dia.  
 ca. h. 15. d. notatus ubi regerunt Groth. in. con. p. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.



34. Liber secundus, cum omnes causas ex quibus bellum oriri potest, exponendas sumserit, quæ res communes sint, quæ propria, quod jus personis in personas, quæ ex dominio nascatur obligatio † quæ successio-  
 num regiarum norma, quod jus veniat ex pacto aut contractu, quæ fœ-  
 derum, quæ jurisiurandi tum privati tum publici vis atque interpretatio,  
 quid ex damno debeatur, quæ legatorum sanctimonia, quale jus hu-  
 mandi mortuos, quæ pœnarum natura, late exsequitur.

35. Tertius liber primum subiectam sibi habens materiam id, quod in bello licet, cum id, quod impune fit, aut etiam apud populos externos pro jure defenditur, ab eo, quod vitio caret, distinxisset, descendit ad pacis genera & omnes bellicas conventiones:

36. Eo autem maius visum est pretium operæ, quod, ut dixi, totum hoc argumentum tractavit nemo, & qui tractarunt partes, ita tractarunt ut multum reliquerint alienæ industriæ. Veterum Philosophorum nihil exstat huius generis, neque Græcorum, quos inter Aristoteles librum fecerat, cui nomen δικαιώματα πολέμων, neque eorum, qui Christianismo recenti nomen dederunt, quod valde optandum fuerat: etiam Romanorum veterum libri de iure feciali nihil ad nos sui, præter nomen trans-  
 miserunt. Hi qui summas fecerunt casuum, quos vocant, conscientiæ  
 ut de aliis rebus, ita & de bello, de promissis, de iuramento, de repres-  
 aliis capita fecerunt.

37. Vidi & speciales libros de belli iure partim à Theologis scriptos, ut à Francisco Victoria, Henrico Gorichemo, \* Wilhelmo Matthæi; partim à doctoribus iuris, ut Joanne Lupo, Francisco Ario, Joanne de Li-  
 gnano, Martino Landensi: sed hi omnes de aberrimo argumento pau-  
cissima dixerunt, & ita plerique, ut sine ordine quæ naturalis sunt iuris,  
quæ divini, quæ gentium, quæ civilis, quæ ex canonibus veniunt, permi-  
scerent atque confunderent.

Wilhelmo Matthæi) Adde his Johannem de Carthagera editum Romæ anno c10 Io CIX. & plures ex Tract. Tractatum Juris Tom. XVI.

38. Quod his omnibus maxime defuit, historiarum lucem, supplere aggressi sunt eruditissimus † Faber in Semestrium capitibus nonnullis, sed præ instituti sui modo & testimoniis tantum allatis, diffusus; & ut ad definitiones aliquas exemplorum congeriem referrent, Balthazar Ayla & plus eo Albericus Gentilis: cuius diligentia, sicut alios adiuvari posse scio, & me adiutum profiteor; ita quid in docendi genere, quid in ordine,

(X)(X)(X)

Si gl. p. 17.  
 † L. 2. c. 10.

de hoc iure bel.  
 lib. Gentilis. l. 6. c. 1.  
 J. B. 1. c. 1. de iur. t.  
 p. 1. l. 6. c. 1.

quid de iure belli  
 in his offendit. lib.  
 Gentilis l. 1. c. 1.

† L. 2. c. 16

J. l. 1. c. 1.  
 Scripsit. t. iura. Belli  
 11. c. 1. c. 1. c. 1.  
 quid  
 † ipse utitur / y 2  
 quid  
 obscurare.

quid in distinguendis quaestionibus, jurisque diversi generibus desiderari in eo possit, lectoribus iudicium relinquo. Illud tantum dicam, solere eum saepe in controversiis definiendis sequi aut exempla pauca non semper probanda, aut etiam auctoritatem novorum Jurisconsultorum in Responsis, quorum non pauca ad gratiam consentientium, non ad aequi bonique naturam, sunt composita. Causas, unde bellum iustum aut iniustum dicitur, Ayala non attigit; Gentilis summa quadam genera, quod ipsi visum est modo, delineavit; multos vero & nobilium & frequentium controversiarum locos ne attigit quidem.

39. Nos, ne quid tale indictum abiret, operam dedimus, indicatis etiam dijudicationum fontibus, unde facile esset, etiam si quid omisum a nobis esset, definire. Superest, ut quibus ego auxiliis & qua cura hanc rem aggressus sim, breviter exponam. Primum mihi cura haec fuit, ut eorum, quae ad jus naturae pertinent, probationes † referrem ad notiones quasdam tam certas, ut eas nemo negare possit, nisi sibi vim inferat. Principia enim eius juris, si modo animum recte advertas, per se patent, atque evidenter sunt, ferme ad modum eorum, quae sensibus externis †† percipimus; qui & ipsi bene conformatis sentiendi instrumentis, & si caetera necessaria ad sint, non fallunt. Ideo in Phœnissis Euripides sic loquentem facit Polynicen, cujus aperte iustam vult fuisse causam:

*Hec sum profatus, mater, haud ambagibus  
Implicita; sed qui regulis aequi & boni  
Suffulta \* rudibus pariter & doctis patent.*

Statimque addit chori (constat is autem ex scæminis iisque barbaris) iudicium, dicta approbantis.

*Rudibus pariter & doctis patent* ) Idem Euripides Antromacham Hermione dicenti:

*ὁ βαρβάρων νόμοισιν οἰκῆ μὲν πόλιν.  
Non barbarorum more in urbe hac vivitur.*

respondentem facit:

*καὶ κῆ τὰ γ' αἰφραδὴ καὶ ἄβροδ' αἰχρὺν ἔχει.  
Que turpia illis, hic quoq; hant culpa vacant.*

40. Ufus sum etiam ad iuris huius probationem \* testimonii Philo-  
sophorum, Historicorum, Poëtarum, postremo & Oratorum; non quod illis  
indiscrete credendum sit; solent enim lecta, argumento, causa servire; sed  
quod ubi multi diversis temporibus ac locis idem pro certo affirmant, id  
ad causam universalem referri debeat: quæ in nostris quaestionibus, alia esse  
non

Ziegl. p. 17.

† L. I. c. I. §  
XII. n. 1.  
Ziegl. p. 17.

†† Proleg.  
§. 7. L. I.  
c. I. §. XI.  
n. 1. & not.  
ad n. 2. c.  
V. §. 2. n. 2.

Vid. Ziegl. prof.  
gratiam.

§. 38. a) occasione illorum §. 1.º doctor a vi.  
ipso dicitur, quatenus fortitudo quis  
complecti debet. Et eos unquam non  
prohibere, sed semper in favorem illig.  
qui petit dicitur est. Quomodo proinde  
habetur, hoc §. et usque §. 1.º primo  
propter unquam dicitur, etiam si  
prohibere dicitur in consilio §. 1.º  
ubi.

§. 39. b) in uti loquitur cum parlo agos-  
tolo. Rom. 1.º c. d. o. i. r. s. loqui  
merito, inscripta §. 1.º principia et que  
per se patet, una sunt et generalia  
in dicitur, etiam si quodammodo proinde vel in figuram  
ut contra matrimonium dicitur, et in  
probandum quodam illatione et dicitur  
R. 2.º c. 20. o. 23.

§. 40. c) quousque fortitudo aliorum uterum.  
§. 1.º dicitur, quatenus dicitur ostendit  
creditoris si promiscue vs uterum alia  
breve uterum unquam aliorum uterum  
sepea uterum. §. 1.º hoc tenore proinde  
ut publicas voces, aliorum uterum uterum.  
Rom. 1.º dicitur, §. 1.º §. 1.º dicitur, etiam si  
quia dicitur, etiam si dicitur.





nōn potest, quam aut recta illatio ex natura principis procedens, aut communis aliquis consensus, illa jus naturae indicat, hic jus gentium: quorum discrimen non quidem ex ipsis testimoniis, (passim enim scriptores voces juris naturae & gentium permiscet) sed ex materiae qualitate intelligendum est. Quod enim ex certis principis certa argumentatione deduci non potest, & tamen ubique observatum apparet, sequitur, ut ex voluntate libera ortum habeat.

\* \* \*

(Testimoniis Philosophorum) Quid ni, cū Alexander Severus Cicero- nis de republica & Officiis libros perpetuo lectitarit.

41. Itaque hac duo non minus inter se, quam à jure civili discernere semper unice laboravi: imo & in gentium jure discevi id, quod vere & ex omni parte jus est: & id, quod duntaxat effectum quandam externum ad instar illius primitivi juris parit; nempe ne vi resistere liceat, aut etiam, ut ubique vi publica, utilitatis alicujus causa, vel ut incommoda gravia videntur, defendi debeat: quae observatio quam sit necessaria ad res multas, in ipso operis contextu apparebit. Non minus sollicitè separavimus ea, quae juri sunt strictè ac proprie dicti; unde restitutionis obligatio oritur, & ea quae juris esse dicuntur, quia aliter agere cum alio aliquo rectè rationis dictato pugnat: de qua juris diversitate aliquid jam & supra diximus.

42. Inter Philosophos merito principem obtinet locum Aristoteles, sive tractandi ordinem, sive distinguendi acumen, sive rationum pondera consideres. Utinam tantum principatus ille ab aliquo hinc saeculis non in tyrannidem abiisset, ita ut veritas, cui Aristoteles fidelem navavit operam, nulla jam re magis opprimatur, quam Aristotelis nomine. Ego & hic tibi veterum Christianorum sequor libertatem, qui in nullius Philosophorum sectam juraverant, non quod eis assentirentur, qui nihil percipi posse dicebant quo nihil est falsius; sed quod nullam esse sectam putarent, quae omne verum vidisset, & nullam, quae non aliquid ex vero. Itaque veritatem sparsam per singulos, per sectasque diffusam in corpus colligere id vero existimabant nihil esse aliud, quam vere Christianam tradere disciplinam.

\* \* \*

(Veritatem sparsam per singulos) Verba sunt Lactantii Institutionum VI. cap. 9. Justinus Apologetico priore: ἔχ' ὅτι ἀλλότριαι εἰσι τῆ Πλάτωνος διδάγματα, ἔχει δὲ, ἀλλ' ὅτι οὐκ εἰσι πάντα ὅμοια. ἄσπερ ἐδὲ τὰ τῶν ἄλλων Στωϊκῶν τε καὶ ποιητικῶν ἐσυμφερότων. ἕκαστος γὰρ πῶς δὲν μέγας ἔσπερματικῶς λόγος τὸ συγγρῆς ὁρῶν καλῶς ἐφθέγγεσται. Non quous plene

)( )( 2

alio

aliena sunt Platonis dogmata à Christi dogmatibus, sed quod nec plane conveniant, ut nec aliorum dogmata, puta Stoicorum, poetarum, & historia scriptorum. Eorum enim quisque ab insita ratione id, quod ei consentaneum est, ex parte videns catenus recte dixit. Tertulliano, Seneca sæpe noster, sed, ut idem nos monet; nulli hominum universitas spiritualium documentorum competeat, nisi in Christum. Augustinus epistola CCII. Mores illi quos Cicero philosophique alii commendant, in ecclesiis toto orbe crescentibus docentur atque discuntur. Vide si vacat hac super re eundem Augustinum de Platonis, quos paucis mutatis ait Christianos esse epistola LVI. & de vera religione capite III. & confessionum libro VII, c. 9. & libro IIX, c. 2.

43. Inter cætera, ut hoc obiter à nostro instituto non alienum dicam, non sine causa videntur mihi ab Aristotele discedere & Platónici nonnulli, \* & Christiani veteres, in eo, quod ille naturam ipsam virtutis in mediocritate affectuum actionumque posuerit: (a) quod semel positum eo ipsum abduxit, ut & virtutes diversas, puta liberalitatem & parsimoniam, (b) in unam compingeret, & veritati daret opposita minime ex quo respondentia, inconstantiam & dissimulationem; (c) & quibusdam rebus vitii nomen imponeret, quæ aut non existunt, aut vitia per se non sunt, ut contemptum voluptatis & honorum, & ira adversus homines vacuitatem.†

Et Christiani veteres) Late hoc persequitur Lactantius libro VI. Institutionum, capitibus XV. XVI. XVII. Cassiodorus: non affectibus moveri, sed secundum eos moveri utile vel noxium

44. Non recte autem universaliter positum hoc fundamentum vel ex iustitia apparet, cui oppositum nimium & parum; cum in affectibus & sequentibus eos actionibus invenire non posset, in rebus ipsis, circa quas iustitia versatur, utrumque quæsit: quod ipsum primum est desilire de genere in genus alterum, quod in aliis merito culpatur: deinde minus suo accipere, potest quidem adventitium habere vitium, ex eo, quod quis pro rerum circumstantiis sibi ac suis debeat; ac certe cum iustitia pugnare non potest, quæ tota in alieni abstinentia posita est. Cui hallucinationi similis illa est, quod adulterium ex libidine, eadem ex ira proprie ad iniustitiam † pertinere non vult; cum tamen iniustitia non aliam naturam habeat, quam alieni usurpationem; nec referat, ex avaritia illa, an ex libidine, an ex ira, an ex imprudente misericordia proveniat, an ex cupiditate excellendi, unde maximæ injuriæ nasci solent: Nam qualiacunque incitamenta contemnerentur hac tantum de causa, ne societas humana violeretur, hoc vero iustitiæ proprium est, Adul.

+ Siegl. p. 22.  
 P. 23. c. 32. 2. Eth. 5.  
 F. Siegl. (b) 4. Eth. p. 23. 1. & 2.  
 O. Siegl. (c) 4. Eth. 7 p. 23. † L. I. c. V. §. 2. n. 1.  
 e. Siegl. p. 29.

Siegl. p. 24.  
 S. Siegl. p. 24.  
 e. Siegl. p. 25.  
 † L. 2. c. 20.  
 p. Siegl. §. 30. n. 3.  
 p. 25. L. 3. c. 20. §. 40.





†††

*Adulterium ex libidine*) Quem adulterii prætextum habuerit Augustus Cæsar, vid. ap. Sueton. in *Ejus* vid. cap. 69. & Messinensis quidam ex Sicilia ap. Henel. in *Otio* Vratislav. cap. 41. pag. 344.

45. Ut redeam, unde veneram, verum quidem est, virtutibus nonnullis accidere, ut affectus moderentur, sed hoc non ideo, quod id sit virtuti omni proprium atque perpetuum, sed quia recta ratio, quam virtus ubique sequitur, in quibusdam modum sequendū dicit, in quibusdam ad summa incitat: nam Deum nimium colere non possumus: superstitio enim non eo peccat, quod Deum nimium colat, sed quod perverse: neque æterna bona nimium possumus appetere, neque æterna mala nimium formidare: neque peccata nimium odisse. Vere igitur à Gellio dictum, esse quædam quorum amplitudines nullis finibus cohibeantur, & quæ quanto, majora auctioraque sint, etiam tanto laudatiora sint. Lactantius, cum multum de affectibus disseruisset, Non in his moderandis, inquit, sapientia ratio versatur, sed in causis eorum; quoniam extrinsecus commoventur: nec ipsis potissimum frenos imponi oportuit, quoniam & exigui possunt in maximo crimine, & maximi possunt esse sine crimine. Nobis propositum est Aristotelem magni facere, sed cum ea libertate, quam ipse sibi in suos magistros veri studio indulsit.

\* \* \*

In quibusdam modum sequendū dicit, in quibusdam ad summa incitat) Agathias libro V. in oratione Belisarii, τὸ γὰρ τὸ ψυχῆς κινήματων, τὰ μὲν ὅσα περὶ αὐτῶν καθαρῶν ἔχειν καὶ ἀκαρπιδῆς τὸ αἰρετὸν καὶ καθήκον, τῶν ἐντελῶς καὶ ὑπὸ ἀνθρώπων οἷς ἢ μετέστι καὶ τὸ πρὸς τὰ πάντα τροπῆς καὶ ἐκκόσμου, τῶν δὲ καὶ πάντων χρηστῶν αἰὲν εἰς ὅσον ἔχουσι τὸ συμφερόν. τὸ μὲν ἂν φερόν αἰμαγὲς ἀγαθὸν καὶ ἀνόφελόν ἀπαντες εἶναι φήσασθε αὐ. τῆς ἢ ὀργῆς τὸ μὲν δεσπόμενον δουκίης, τὸ δὲ παρέρμεστον φουκτὸν καὶ ασύμφορον. Ex animi motibus illi omnino simpliciterq; arripiendi, in quibus id, quod officio convenit eligiq; dignum est, purum reperitur atq; sincerum. At quibus accidit, ut & in malum vergant atq; declinent, his non omnimode utendum, sed quatenus conducunt. Prudentia, bonum est merum & incorruptum, quod nemo negaverit. In ira id, quod ætiosum, laudabile; quod modum excedit, vitandum ac damnum adferens.

Cap. 46. Historiæ duplicem habent usum, qui nostri sit argumenti: nam & exempla suppetunt & iudicia. Exempla †† quo meliorum sunt temporum ac populorum, eo plus habent auctoritatis: ideo Græci & Romana vetera cæteris prætulimus. Nec spernenda iudicia, præsertim consentientia;

Euzel. p. 26.

Euzel. p. 26.

†† Confer.

L. 1. c. 3.

J. 5. n. 6.

Euzel. p. 26.

† Proleg.  
S. 40.

tia: jus enim natura, ut diximus, † aliquo modo inde probatur: jus vero gentium non est, ut aliter probetur.

47. Poëtarum & Oratorum sententiæ non tantum habent pondus: & nos sæpe ita utimur, non tam ut inde adstruamus fidem, quam ut his, quæ dicere volumus, ab ipforum dictis aliquid ornamenti accedat.

48. Librorum, quos à Deo afflati homines aut scripserunt aut probant, auctoritate sæpe utor, cum discriminare antiquæ & novæ legis. Antiquam legem sunt qui urgent pro ipso jure natura: hæud dubie mendose, multa enim ejus veniunt ex Dei voluntate libera, quæ tamen cum vero jure natura nunquam pugnant: (a) & cætenus argumentum inde recte ducitur, dummodo distinguamus accurate jus Dei, quod Deus per homines interdum exsequitur, (b) & jus hominum inter se. Vitavimus ergo, quantum potuimus, & hunc errorem, & alterum ei contrarium, qui post novi fœderis tempora nullum antiqui fœderis usum esse putat. Nos contra censemus, tum ob id, quod jam diximus, tum quia novi fœderis ea est natura, ut quæ ad virtutes morum pertinentia præcipiuntur in veteri fœdere, eadem & in ipso aut majora præcipiantur: & hunc in modum usos testimonii antiqui fœderis videmus antiquos Christianorum scriptores.

49. Ad percipiendam autem librorum ad antiquum fœdus pertinentium sententiam, non parum conferre nobis possunt \* Hebræi scriptores, ii maxime qui & sermones, & mores patrios habuerunt percognita.

Hebræi scriptores) ita sensit Cassianus institutione divinarum Scripturarum:

50. Novo fœdere in hoc utor, ut doceam, quod non aliunde disci potest, quid Christianis liceat: quod ipsum tamen, contra quam plerique faciunt, à jure natura distincti: pro certo habens, in illa sanctissima lege majorem nobis sanctionem præcipi, quam solum per se jus natura exigat. Neque tamen omisi notare, si qua sunt, quæ nobis commendantur magis, quam præcipiuntur, ut à præceptis declinare sciamus nefas, & non obnoxium, ad summa quæque contendere generosi esse consilii, & suâ non carituri mercede.

51. Synodici canones qui recti sunt, collectiones sunt ex generalibus legis divinæ pronunciationis, ad ea, quæ occurrunt, aptatæ. hi quoque aut monstrant quod divina lex præcipit, aut ad id, quod Deus fundit, hortantur. Et hoc vere Ecclesiæ Christianæ est officium, ea, quæ sibi à Deo tradita sunt, tradere, & eo, quo tradita sunt, modo. Sed & mores apud Christianos illos veteres, & qui tanti nominis mensuram implebant, recepti, aut

F Zieg. p. 27.

(a) L. I. c. I.  
q. Zieg. p. XV.  
p. 24. (b) L. I. c.  
II. §. 2. n. 1.

+ Zieg. p. 24.

(c) L. I. c. I.  
S. fin. n. 4.  
c. II. §. VI.  
n. 5. c. IV.  
c. Zieg. p. IV. n. 1.  
p. 27. L. II. c. V.  
(H. Seld.) IX. n. 2.  
n. 1. c. IX. n. 2.  
c. XII. §.  
XX. n. 3. L.  
3. c. 12. §.

Zieg. p. 11. 4.  
p. 29.

p. Zieg. p. 29.

Zieg. p. 30.

q. Zieg. p. 30.





aut laudati, merito pro canonibus valent. Secunda post hos auctoritas est eorum, qui suis quique temporibus pietatis & doctrinae fama inter Christianos floruerunt, neque gravis cuiusquam erroris notari sunt, nam & hi quae dicunt, magna cum asseveratione, & quasi comperta, momentum non exiguum habere debent, ad interpretanda, quae obscura videntur in sacris literis, eoque maius, quo & plurimum apparet consensus, & propius acceditur ad primae puritatis tempora, cum nec dominatus adhuc nec coitio ulla primitivam veritatem adulterare potuit.

52. Qui his successerunt Scholastici, quantum ingenio valeant, saepe ostendunt: sed in infelicia & arrium bonarum ignara saecula inciderunt: quominus mirum, si inter multa laudanda, aliqua & condonanda sunt. Tamen ubi in re morum consentiunt, vix est, ut errent: quippe perspicaces admodum ad ea videnda, quae in aliorum diis reprehendi possunt: in quo ipso tamen diversa tuendi studio laudabile praebent modestae exemplum, rationibus inter se certantes, non qui mos nuper adeo literas inquinare cepit, convitiis turpi factu impotentis animi.

53. Juris Romani scientiam profitentium tria sunt genera. Primum eorum est, quorum opera in Pandectis, Codicibus Theodosiano & Justiniano, & in Novellis constitutionibus apparent. Secundum eos habet, qui Irnerio successerunt, Accursium, Bartolum, & tot alia nomina, quos penes diu fosi regnum fuit. Tertium eos complectitur, qui humaniores literas cum Legum studio conjunxerunt. Primis multum defero: nam & rationes saepe optimas suppeditant, ad demonstrandum id, quod juris est natura: & ei legi iuri, neque minus gentium iuri, testimonium saepe praebent. Secundo, ut ipsi non minus, quam alii, nomina haec saepe misceant, imo & ius gentium saepe vocent id, quod quorundam dicitur taxat populorum est, nec tanquam ex condito, sed quod alii aliorum imitatione, aut fortuito receperunt. Sed &, quae vere juris sunt gentium, saepe tractant promiscue & indiscrete cum his, quae juris sunt Romani, ut ex titulo de Captivis & postliminio apparet. Haec ergo, ut discernerentur, laboravimus.

54. Secunda classis juris divini & historiae veteris incuriosa, omnes Regum Populorumque controversias definire voluit ex legibus Romanis, assumit interdum canonicis. Sed his quoque temporum suorum infelicitas impedimento saepe fuit, quo minus recte leges illas intelligerent, satis solertes alioqui, ad indagandam aequi bonique naturam: quo factum, ut saepe optimi sint condendi juris auctores, etiam tunc, cum conditi juris mali sunt interpretes. Audiendi vero tum maxime, cum tali consuetudini, quae nostrorum temporum jus gentium facit, testimonium perhibent.

55. Ter-

2. sigl. p. 31  
 2. sigl. p. 32  
 2. sigl. p. 32

2. sigl. p. 32.

2. sigl. p. 33.

4. sigl. p. 39.

2. sigl. p. 35.

2. sigl. p. 35.

2. sigl. p. 35.

2. sigl. p. 36.

2. sigl. p. 36.



55. Tertii ordinis magistri, qui Romani juris finibus se includunt, & in ius illud commune aut nunquam, aut non nisi leviter, exspiciantur; vix ullum habent usum, qui nostri sit argumenti. Scholasticam subtilitatem cum legum & canonum cognitione conjunxerunt, ita ut à controversiis etiam Populorum ac Regum non abstinerent. Hispani duo Covarruvias & Vasquius: hic magna libertate, modestius alter, nec sine exacto quodam iudicio. Historias magis eidem legum studio inferere aggressi sunt Galli: quos inter magnum obtinent nomen Bodinus & Hottomanus, ille perpetuo opere, hic sparsis quaestionibus, quorum & pronunciata & rationes saepe nobis inquirendi veri suppeditabunt materiam.

56. In toto opere tria maxime mihi proposui, ut definiendi rationes redderem quam maxime evidentes, & ut, quæ erant tractanda, ordine certo disponerem, & ut, quæ eadem inter se videri poterant, nec erant, perspicue distinguerem.

57. Temperavi me ab his, quæ alterius sunt tractationis, ut quæ docent, quid ex usu sit facere: quia ista suam habent artem specialem Politicam, quam recte † ita solum tractat Aristoteles, ut alieni nihil admisceat, contra quam fecit Bodinus, apud quem hæc ars cum juris nostri arte confunditur. Nonnullis tamen locis ejus, quod utile est, feci mentionem, sed obiter, & ut ipsum à justis quaestione apertius distinguerem.

58. Injuriam mihi faciet, si quis me ad ulla nostrisæculi controversias, aut natas, aut quæ nascitura prævideri possunt, respexisse arbitratur. Vere enim profiteor, sicut Mathematici figuras à corporibus semotas † considerant, ita me in jure tractando ab omni singulari facto abduxisse animum.

59. Dicendi genus quod attinet, nolui, ad rerum tractandarum multitudinem adjungendo verborum copiam, fastidium parere Lectori, cujus utilitatibus consulebam. Itaque secutus sum, quantum potui, concisum & docenti conveniens loquendi genus: ut, tanquam in uno conspectu, habeant, qui negotia publica tractant, &, quæ incidere solent, controversiarum genera, & principia, unde dijudicari possunt: quibus cognitis, facile erit, ad rem subjectam accommodare orationem, &, quantum lubet, extendere.

60. Scriptorum veterum ipsa verba adduxi interdum, ubi talia erant, ut aut cum auctoritate, aut cum venustate singulari dicta viderentur: quod & in Græcis feci nonnunquam, sed maxime, ubi aut brevis erat sententia, aut cujus gratiam sperare non audebam Latino sermone me posse assequi: quem tamen ubique adjunxi, in eorum commodum, qui Græca non didicerunt.

Quam vero in aliorum sententiis ac scriptis dijudicandis mihi summi libertatem, eandem sibi in me sumant, omnes eos oro atque obtestor, quorum in manus ista venient. Non illi promptius me monebunt errantem, quam ego monentes sequar. Et jam nunc adeo, si quid hic pietatis, si quid bonis moribus, si quid sacris literis, si quid Ecclesiæ Christianæ consensui, si quid ulli veritati dissentaneum à me dictum est, id nec dictum esto.

*de quo obiter  
noto Bodinum ubi  
na religione  
narum fuit in  
horre tabula in  
qua utram obit*

*F. Regl. p. 36.*  
† L. II. c.  
IX. §. 8. n. 2

*contra m. Jul. Cæ.*  
† L. II. c.  
XXIII. §. 1.

*felicissime  
gentis Græcæ. V.  
Mauritio. A. Primum.  
pys. An. Pnd. p.  
19 11. p. 40.*

§. 57. a) in politica vero nihil aliud  
scitatur, quam quod ius gentium.  
Quod ad legem naturalem dicitur, q.  
est certum, scilicet quod est, ut  
iuxta omnia iura voluntas et Ratio.  
Nullitas reducitur, si a. ut  
docet et quod est docere de  
demonstrationem semper  
nit.





# Conspicuum

- 1) Cum pari hominum, Adamo & Eva.  
ubi jus voluntarium erat de non.  
Eodem quatuor arbori octava.
- 2) Cum familia naturali Noachi et.  
filiorum eius, ubi jus voluntarium  
erat assistentia ab usu sanguinis  
et ab infanticidio.
- 3) Cum familia ampliori Abrahæ  
et Isaacum, ubi jus voluntarium  
habebat. a circumcissione.
- 4) Cum altero populo Israelis  
Mosaicum, ubi jus voluntarium  
erat constitutum. tota lege Moysi  
et ceremoniarum Moysæ.
- 5) Cum toto genere humano per  
Christum, ubi etiam jus voluntarium  
habebat. etiam per nullo pro  
no assistentia sacramentorum.  
aut soli. Legit. Israelitica latet.  
Iact. 9. 16. Deus n. humano non  
legislatorem. agere voluit. unde non  
admiranda fuerit. 9. 16. n. 3.  
non tamen eos obligat. deum n. 10.  
Quia ut alii. quia Israelitica ista  
legislatorum. nullo iudicio potuit.  
concedere. 9. 16. n. 4. quoniam  
et nihil sit ultra. et naturam.  
9. 17. n. 1. eiq. familia adhuc a Chris.  
tiano. inutibile. fieri potest. 9. 17.  
n. 2. et quicquid ad virtutes perti.  
net. ut et iure dicitur a Chris.  
tiano. præterea 9. 17. n. 3.